Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



nu eoꝝ. ⁊ cessare faciã vt vltra nõ pascant gregẽ meũ. nec pascãt ampliꝰ pastores semetipsos. ⁊ liberabo gregẽ meũ de ore eorũ. ⁊ nõ erit vltra eis in escã. Ecce egoipe requiraz oues meas. ⁊ visitabo eas. sicut visitat pastor gregẽ suuz. in die qñ fuerit i medio ouiũ suaꝝ dissipataꝝ. sic ego visitabo oues meas ⁊ liberabo eas de omnibꝰ locis. in quibꝰ dispersse fuerãt i die nubis ⁊ caliginis. ⁊ educã eas de populis. ⁊ cõgregabo eas de terris ⁊ inducã eas i terram suã. ⁊ pascã eas in montibꝰ israel. in riuis. ⁊ in cũctis sedibus terre. in pascuis vberrimis: pascã eas. ⁊ in montibꝰ excelsis israel erũt pascue eaꝝ. Ibi requiescẽt in herbis virentibꝰ. ⁊ in pascuis pinguibus pascenť sup mõtes israel. Ego pasco oues meas. ⁊ ego eas accubare faciã. qd̃ perierat requirã. ⁊ qd̃ abiectũ erat reducã ⁊ qd̃ ꝓfractum fuerat alligabo. ⁊ qd̃ infirmũ fuerat cõsolidabo. ⁊ qd̃ pingue ⁊ forte custodiã. ⁊ pascam illas in iudicio ego
d dñs omnipotens. O tremendũ iudiciũ. O pauendã sententiã. O amarã diem. in qua inexorabilis ⁊ inflexibilis iudex de manu prelatorũ oues suas exquiret. tũc omnes negligẽtie. omnes incurie. omnes rapine. omnes extorsiones. omnes simonie. omnes iniusticie. omnes simulatões. omnes deniq; impietates patebũt. patefacte exprobrabunť. exprobrate. q̃z acerrime punienť. pascite igiť plati diligẽter nũc oues vestras. ne tunc vos in desperatioue pabulum fiatis infernoꝝ. Suscipiatis infirmos. ne perpetuis afficiamini cruciatibꝰ Misericordiã cuz subditis vestris agatis ne summis miseriis subditi semp sitis.

Sequitur octaua conditio.

Textus. Augustinus.

Patiens sit ad omnes.

Commentũ. Ambrosiꝰ

e Virtus animi. que patientia dicit profecto tam magnum dei donũ est. vt etiaz ipsius qui eam nobis largitur patiẽtia predicet. quo fit vt platus qui vicem dei gerit in terris si recte p̃esse rectecz gubernare affectet patientia preditus sit oportet. Spectat enim ad p̃latum in statera iusticie suas librare actiones. At vero in hoc mens iusta ab iniusta discernitur. q̃ omnipotentis dei laudem inter aduersa confiteatur. q̃ non cuz casu glorie exterioris cadit. Idcirco apostolus Iacobus aiebat. Ira viri iusticiã dei non operatur. Spectat ad prelatum sanam doctrinam subditos docere. At eiz sana doctrina viri sicut beato Gregorio in moralibus placet per patientiam noscitur. Tanto ergo quisq; minus ostenditur doctus. quãto conuincitur minus patiens. nec enim potest veraciter bona docendo impendere. si viuendo nesciat mala tolerare. Preclare igitur a parente nostrs in cõmentarijs psalmorum assertum est Omnes iniquitates que fiũt in terra ad tempus. omnes felicitates hominum malorum. omnes labores iustorum. meditãti die ac nocte legem dei. que ad verum p̃latum verumq; doctorem spectat. nullos esse. omniaq; equo animo tolerat. Spectat item ad prelatum animo esse fortem sed quo pacto fortis erit. si quidẽ impatiens erit. si quidem per impatientiam frangatur. Quid enim aliud est fortitudo animi. nisi in aduersis tolerãtia. perinde marcus tullius in rhetoricis ait. Fortitudo est immobilis inter aduersa gloriosa animi claritudo. res arduas pulcre administrans. que nec aduersis infestando frangitur. nec prosperis blandiendo eleuatur

f Et gloriosus antistes Ambrosius in egregio officiorum volumine inq̃t. Nõ mediocris animi est fortitudo. q̃ sola defẽdit ornamẽta virtutũ oim. ⁊ iusticiã custodit. q̃ in expiabili p̃lio aduersus oia vicia decertat. inuicta ad labores. fortꝭ ad pericula. rigidior aduersus voluptates. vt auariciã fugiet. tanq̃z labẽ quandã. q̃ virtutẽ effeminat. iure igiť parẽs noster p̃lato iubet vt patiẽs sit ad oẽs. vt sua. s. iusticia doctrina ⁊ animi fortitudo omnibus eluceat. vt sua quoq; omnibus splendeat p̃fectio. Etenim perfectus nemo est. q̃ super mala proximorum non est. qui enim teste Gregorio. equanimiter aliena mala non tolerat. ipse sibi per impatientiam testis est. quia ab omni plenitudine lõge distat. Abel em̃ renuit esse quẽ Caym malicia ñ exercet Sicut in tritura palee grana